



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de**

**Coloniae Agrippinae, 1655**

II. Clemens Marotus benus aevi sui Poeta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

- II. Clemens Marotus præstantissimus aui sui Poeta.  
 III. In Italiam fugit inde reuersus, ex Consilio Francisci Vatabli, Psalmos Davidis in rhythmos redigit.  
 IV. Ob literarum imperitiam, multos errores in regio illo opere vertendo committit.  
 V. Theologica Academia Parisiensis Facultas Psalmorum à Maroto versusum publicationem impedire conatur.  
 VI. Marotus Geseuam se confers, flagris ibi ob flagitium cesus.

I. Infelices Lutherani, quorum supra quæ Gallicani schismatis explicarem initia mentionem feci, deserta Ecclesia hinc inde errantes, ac velut medio in mari inter breuia & scopulos, Scyllam & Charybdim, amissa sacra illa anchora, cum præstantissimi naufragij metu, fluctuantes, Lutherani inquam, etiam cætus ac conciones, quas Exhortationes vocabant, inter se celebrarent, nullo tam è initio Psalmorum cantu utebantur. Vnus Diaconorum vel Superintendentium aliquis vnum & alterum, prout visum erat, cætui prælegebat: donec tandem A. M. D. XL. aulicus quidam nescio quo cæstro percitus, repente profiliit, & manu operi ad-mota, sanctum hunc librum profanis versibus illigauit. Quis vero ille ac qualis fuerit, operæ præciū videtur, ad posteritatis memoriam atque utilitatem hoc loco paucis narrare.

II. Regnante in Gallia Francisco I. quum omnium literarum, quarum ille munificentissimus erat patronus, tum vulgaris etiam Poëtices studia, hæcenus valde languida, misitice restitescere cœperunt. Et hæc quidem opera potissimum Clementis cuiusdam Maroti, è Cadurcorum metropoli, quam Doucanam quidam vocant, oriundi, qui admirabili venæ felicitate, & singulari in uentionum Poëticarum artificio, quod Epigrammata eius testantur, sui aui Poetas omnes facile superabat. Erat hic Regi à cubiculis, summaque eius gratia, ut qui studijs illis valde delectaretur, atque ipse etiam in ijs aliquando operam suam poneret, stotabat: ridiculus interim, dicax, ac pæne scurræ. Is rarus Poëtis ac pictoribus omnia licere, respicias ac sanctas versiculis suis traducere cœpit. Quo nomine quum hæreseos suspectum se fecisset, ac ne manus sibi iniicerentur metueret, in Beneatnam ad Margaritham reginam profugit.

III. Animaduertens vero ne hic quidem satis

se tutum esse, Ferrariam in Italiam profectus est, à Ducissa humaniter exceptus, ut & alij quos ignis metus Gallia expulerat. Eius intercessione impetrata à rege venia, Lutetiam redijt, ac cum Francisco Vatablo Hebraicæ linguæ Professore, familiaritatem contraxit, hortante, ut relictis profanis & ridiculis argumentis, venam Poeticam sacris potius rebus impenderet, ac Davidis Psalterium vertendum susceperet. Erat autem Vatablus Catholicæ religionis studiosissimus, nec quidquam minus cogitabat, quam hoc suum Consilium aliquando Catholicæ religioni obfuturum. Ad eò considerare oportet sacra aggredi, nec eis manum ad mouere in consultis Ecclesiæ præsulibus, maxime Romano Pontifice Christi Vicario quem Sp. S. unctio peculiariter regit.

IV. Sic ergo Marotus Vatablo vsus interprete (erat enim meliorem literarum, ut & omnium scientiarum imperitus) illotis manibus sacra hæc mysteria tractanda suscepit, ac Davidicum Psalterium ita lancinauit, truncauit ac mutauit, ut de regio illo vate non minus quam de Deiphobo dici possit:

*Deiphobum vidi lacerum crudeliter ora,  
 Ora manuque ambas:*

Et vix vllæ regis illius ac diuinæ maiestatis, quæ in Davidico opere (quod S. Augustinus S. Scriptura & omnium scientiarum Compendium appellauit) elucet, vestigia supersint: siue Vatablo non tantam quantam par erat, diligentiam adhibente, siue Maroto, numerorum angustijs incluso, nimis magnam licentiam permittente.

V. Theologica Facultas Parisiensis, cuius Nauarra & Sorbona præcipua sunt Collegia, hoc modo hæreseos fenestram aperiri animaduertens, grauites ea dere apud regem conquesta est, simulque censuram triginta Psalmorum, quos Marotus iam imprimi curauerat, exhibuit, rogans ne Sacram Scripturam ab illitterato plane homine sic profanari, eiusque versionem sine Ecclesiæ approbatione & Superiorum permissu edere pateretur. Quamuis autem rex tam Marotum quam versiculos eius in primis amaret, eo que aliquam diu tergiuersaretur, tandem tamen ne quid in hoc genere amplius aliquid à Maroto scriptum publicaretur, edixit. Sed verum est profecto quod vulgo dicti solet,

*Nitimur in vetitum semper cupimusque negare.*

Nam & tunc statim Maroti verho tantis studijs